



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 138. Epistola Episcopi Atrebatensis ad Collegium Cardinalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. & denuntiatores a Synodo coerceren-  
 A. C. 1415. tur.

## §. CXXXVIII.

*Epistola Episcopi Atrebatensis ad  
 Collegium Cardinalium.*

*Gerson.*  
*p. 472.*

Cum ergo Episcopus Atrebatensis contra Cardinalem Cameracensem accepisset, illumque pariter hæresis accusasset, reliqui Cardinales sui Collegæ honorem defendere decreverunt, quocirca Episcopus eis libellum exhibuit, in quo gravia, si huic causæ se immiscerent, secutura ostendit mala, eoquod causæ Joannis Parvi plures faverent Principes, in quorum ditionibus Cardinales possiderent beneficia, quæ perdere possent; dari quoque Academies, quæ contra eorum sententiam abs dubio insurgerent; nullam vero Cardinalitiæ dignitatis rationem habendam, eoipso quod de propositionibus materiam fidei tangentibus ageretur, Episcoporum enim & Doctorum esse ejusmodi controversias decidere. Tandem manifestam fore Tyrannidem, si ad salvandum unius Cardinalis honorem, & utilitatem, totum Collegium Cardinalium causæ alias a Concilio decidendæ auctoritatem sibi arrogare vellet. Certe non obmutuit Cameracensis Cardinalis, sed pariter Synodo obtulit libellum, in quo

quo Assertiones Joannis Parvi damnari, earumque pertinaces defensores tanquam hæreticos declarari postulavit.

Sæcul. XV.  
A.C. 1415.

§. CXXXIX.

*Alia scripta pro Joanne Parvo.*

Refutavit hoc scriptum Episcopus Atrebatensis, concludens, damnandas non esse hasce propositiones, easque sigillatim vindicavit, & nonnisi per fraudem Joanni Parvo imputatas fuisse asseruit. Aliud adhuc composuit opusculum, in quo has propositiones ad fidem non pertinere ostendit, Ducis Burgundiæ famam injuste in Synodo denigratam fuisse, literas quoque Regis Galliæ in hanc rem scriptas subreptitie extortas, imo accepto Regem inter & Burgundum pacis initæ nuntio omnino revocatas fuisse. Denique plura alia prodierunt scripta, exstatque sententia a Cardinale Aquileiensi concepta, quam a Synodo hac in causa pronunciandam proponebat. Reliquum anni tempus mediis, quibus hoc negotium absolveretur, investigandis dabatur; sed casto omnino labore.

§. CXL.

*Imperator Perpiniani.*

Cæsar nonnisi decima octava Septembris

L 3

Spond. hoc an. n. 57.